

## Werk

**Titel:** Ad Emin. et Rev. principem Carolvm S. R. E. Card. Rossettv[m] Episcopvm faventinv

**Jahr:** 1646

**Kollektion:** Zoologica

**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

**Werk Id:** PPN367611805

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611805>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611805>

**LOG Id:** LOG\_0204

**LOG Titel:** De Manucodiatis in Genere. Cap. XXI.

**LOG Typ:** chapter

## Übergeordnetes Werk

**Werk Id:** PPN367611716

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611716>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611716>

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)



**M**ANUCODIATAE etsi aues Picis multò minores si corpus consideremus, hic tamen locum potiùs, quàm in alia operis parte sibi uendicare mihi uisæ sunt, non quòd cum Picis quippiam commune habent, sed quoniam data occasione à Pica Breffilica, in exoticas, inter quas hæ profectò longè pulcherrimæ sunt, incidimus, tum uerò maxime quòd de illis etiam nobis loquendum erat, quibus satis insigne rostrum natura ad uicium sibi comparandum largita fuit, quo sanè non mediocri pro corporis portione Manucodiatae sunt prædita.

## Æ Q V I V O C A.

**D**UPLICI ratione Manucodiatae, aues paradisi, seu paradisaee nuncupantur, primum quoniam in paradiso terrestri de gere vulgò credantur, & rore uiuere; secundum propter eximiam corporis uenustatem cuius gratia aliae etiam paradisaee dici meruerunt, quod lectorem latere notui, ne simul omnes confundat. Ispidam Itali in primis, necnon & Vpupam quandoq; aues paradisi dicunt, & in Aegypto aues quasdam fuscas, & subrutilas, Monedulis minores paradisaee uocari audio. Insuper anonimos quidam, qui Italico sermone obseruationes suas conscripsit, cum Phylonem flauum nauigaret, uolucrum quoddam genus sibi obseruari memorat, quas item ob miram corporis speciem, & plurimam diuersitatem colorum, paradisi aues incolae uocarent.

## S Y N O N I M A.

Etymum.

**V**ENUSTISSIMAE itaq; istæ uolucres Manucodiatae, hoc est, aues Dei Molucharum insularum incolis appellantur, & in summa ueneratione habentur. Aues uerò paradisi, seu paradisaee nuncupant, cum ut dictum est, ob corporis speciem, tum quòd ubi locorum nascantur, unde ueniant, quò sese recipiant, ignoretur; siquidem exanimis duntaxat in terra reperiuntur, ut uulgus existimat Alij Apodes Indicas uocant, ut ab Apode Aristotelis, cui quidè pedes sunt, sed nullius propemodum usus, distinguant, b Bellonius Plutarchi Rhyntacè, & fabulosum antiquorum Phanicem, necnon & Cinnamomum, seu Cinnamulgon cum Manucodiata eadem aues arbitratus, pro quatuor diuersi uiam, eamq; fabulo sam, nempe Phanicem nobis obrudere conatus est.

Apos Indica.

a1 Hist. 1

bL. 6. de A.

uib. cap. 33

## GENVS. DIFFERENTIÆ.

ar. Hist. A.

nima. cap. 1

**C**VI auium generi Manucodiatae ascribendæ essent cum hæctenus ignorarem, atq; eò maximè cum solæ inter omnes pedibus careant, (quamuis a Aristoteles nullam auem absque pedibus dari asserat) non leuibus tamen, ut opinor, argumentis paulò antè adductis motus, tandem hoc loco mihi de illis agendum fore determinauit. Quinq; autem hæctenus illarum species obseruaui, quæ omnes, quoad corpus, uix Hirundine maiores erant, imò uerò quo ad caput hæud omnino dissimiles. Sed Eritè, & alia fuerint; Siquidem b Scalliger a Cardano, cui, ut opinor, tales, quales mihi uisæ fuerant, iuenculas conspectas fuisse ex eorum fide tradit, qui in Indiam nauigauerunt: quippe qui in Iaua Manucodiatas Columbarum magnitudine obseruasse sese scribant; quibus equidem fidem nullo pacto adhiberem, nisi & ille aliam Pica maxima non minorem non uidisse proprijs duntaxat oculis, uerum etiam à tiremis quodam præfeto suorum studiorum studiosissimo sibi transmissam testaretur. Parum iustè tamen in Cardanum inuectum ipsum crediderim; aliamq; Cardano, aliam nauigantibus, aliam denique ipsi Scaligero uisam iudicauerim. Cæterum quinque illæ à me obseruatae, quarum post separatim descriptionem, & icones exhibiturus sum, colore, & rostri magnitudine potissimum inter se differunt.

bExer. 228

2.

Manuco-

diatae ma-

xima.

## FORMA. DESCRPTIO.

Magnitudo

Fila.

**M**ANUCODIATIS omnibus certam magnitudinem assignari non posse, satis ex ijs, quæ iam dicta sunt, constare arbitror. Omnibus tamen illud peculiare est, ut pedibus careant, & ueluti fila quædam, uel si mauis appellare neruos, in cauda ob-

de obtineant. Caput etiam non rotundum, sed pressum, quale Hirundinis, nucis iuglandis ferme magnitudine. Rostrum verò non omnibus æquè magnum, neque eiusdem etiam coloris. Alæ, & cauda expensæ ferme, Accipitrinis, Miluinisque magnitudine respondēt: Cardanus æquare propemodum Aquilæ scribit, a quo solo argumento Scaliger ductus Aquilam nobilioris generis nullam illi cognitam fuisse asseuerat. Verùm haud ea meo iudicio Cardani intentio, & mens fuit, vt Aquilinis alis illas æquè magnas dicere vellet, sed vt in tam exigua auicula earum magnitudinem lectoribus admirabiliorem proponeret. Porro pennarum crassities omnibus talis est, qualem pro paritate corporis conuenire ratio docet, tenuissimæ nempe, & præter tenuitatem pennis Pauonum fæminarum ex toto perfissimæ; masculis Pauonibus autem eas non assimilauit; siquidem oculatæ non sunt. Omnes tam quæ à ventre, quàm quæ à dorso enascuntur, caudam, cum sint longissimæ, constituunt; Nam alioquin cæterarum auium more minimè ea Manucodiatæ exornantur. Nec id e quidem mirum, cum & alæ ipsæ diuersa sint ratione dispositæ. quippe quæ in arcum contrahi, vel latum diffundi pro animantis libitu nequeant, sed naturaliter vno tantùm eodemque modo perpetuò consistant. Dorso præterea fila gemina annectuntur, tres & amplius palmos longa, neque exactè rotunda, neque etiam perfectè angulara, sed figura inter quadratum, & rotundum media, nec crassa valdè, nec summè tenuia, verùm furoris filo haud planè dissimilia. quæ quamuis multi viri docti masculis tantùm tribuant, ego tamen et si exenterat omnes ad nostras oras perueniant, indeque audacius iudicaturus videar, à Aristotelis dogmatibus fretus, qui cunctis animantibus sanguinis quatuor, quibus mouentur, notas tribuit, vtrique communia facio, vt post latius disputabitur. Atque istæc sunt, quæ omnibus simul conueniunt: quibus neotericorum peritissimi quique præter vnum Antonium Pigaphetram qui pedes illis palmum vnum longos falsissimè tribuit, calculum vno ore adijciant. Si verò interiora spectes, nihil inane reperies, verùm continuata, ac perpetua pinguedine totas expletas videbis.

Caput.  
Rostrum.  
Alæ.  
Cauda.  
a Exer. 228  
3.

Penna.

Dorsum.  
Fila dorso  
adharètia.

b De Ince-  
stu Anim.

Anto Piga-  
phette mæ-  
dorum, 3.  
Interiora.

## LOCVS. HABITATIO.

**T**R E S profectò extricata difficillimi nodi in tradèda Manucodiarum historia dissol- uendi veniunt, quorum primus de loco est, quem has Aues incolere hætenus non vulgares tantùm, sed doctissimi quique crediderūt. Qui cum apodes eas esse viderent, filorumque illorum geminorum, de quibus post dicemus, vsum ignorarent, & nisi mortuas secus vias, aut in mari in Moluccis Insulis, & Iava maiori reperiri audirent, nō Paradisū solummodo eas habitare, indeque paradiseas, & Manucodiatas, hoc est, aues Dei vocare contenti, sed eò etiam deuenerunt, vt perpetuum volatum exercere eas existimauerint, & nisi alis in sublimi expansis, tonici nempe motus auxilio requiescere. Verùm ea opinio quàm erronea sit, & quantum nature ipsi repugnet, iam dicendum est. Aristotelicis primùm dogmatibus receptum est, nullum dari corpus sublunare, quod perpetuò moueatur: tùm verò ab omni planè etiam ratione alienum est credere ita in sublimi herentes quietem capere, nisi id per pauca admodum momenta fieri dixerimus, vt in Columbibus, & Miluis, alijsque nonnullis volucris quotidie obseruamus, quas tamen sic requiescere minimè dicendum est, cum tota medicorum schola tonicum illum motum, exercitij genus, idque satis vehemens, ac laboriosum constituat. Quare Manucodiatas herere in aère lubens concesserim, quiescere verò dicenti, ne iuranti quidem crediderem. Haud enim video quomodo somni tempore, qui vel Philosopho teste animè otium, & sentium omnium ligamentum est, & gelidè nisi mortis imago, vt poetæ verbis vtat, in terrâ, vt mortuam facere asseuerant, grauitate sua deorsum non decidant. Cur non qui dormientes aër, idem mortuas si extensis, vt volunt alis in illo moriantur, sustineat? Mortuæ duntaxet, aut in terra, aut in mari, nunquam viuæ reperiuntur; mortuæ decidunt; viuæ quod noui, nunquam deciderent haud dubios si vt illi somniant, in aère dormirent, iuxta triuiale illud axioma, omne graue tendit deorsum. Quare naturalis ratio longè secus docere videtur, & Philosophorum princeps Aristoteles omne anima sanguine præditum quatuor notis moueri scriptum reliquit, quibus etiam has aues sagacissima rerum parens natura, quæ nunquam deficit in paucis, nec abundat in multis, minimè carere voluit. Quod si verò notas illas quispiam curiosior in auium genere pedes, & alas esse ex mente Philosophi mihi obiecerit, pedibusque Manucodiatas priuatas esse dixerit: huic hunc in modum respondeo, naturam etsi pedes illis negauerit, quatuor tamè notis, quibus moueri debebant, vt ceteræ aues minimè destitutas esse voluisse, ideoque in cauda fila illa ad quemlibet flexum perquam idonea subministrasse, quibus cum quietis capiendæ tempore, tum multarum aliarum actionum suarum causa arborum ramis sese anne- cerent, & pedum vice quodammodo vterentur.

Multorum  
de loco Ma-  
nucodiatæ  
error.

Motum nō  
esse conti-  
nuum.

Tonicus mo-  
tus exerci-  
tium est.

Somnus  
quid.

a Lib. de In-  
cessu Anim

Manucodia-  
tæ, vt qua-  
tuor notis  
mouètur.

## GENERATIO. INCUBATVS.

*Refatur  
apiano de  
incubans  
ratione ha  
berius cre  
dita.*

**I**NEPTA planè etiam, ac profus explenda multorum de incubatus ratione in Manu-  
codiatas mihi videtur opinio, qui in masculorum dorso quandam cauitatem dari existi-  
mant, in qua femellæ, quibus venter etiam cauus sit, oua sua deponant, atque ita vtrius-  
que caritatis auxilio illa incubari. Illorū verò, qui femellas quoddam receptaculum sub alis,  
in quo oua reponat, habere putant, certè ridicula sententia est, tantum abest, vt in resellenda  
tempus terere dignetur. Præter avrolyas enim ipsam rationem ipse docet, longè diuersa loca sta-  
tuenda esse, in quibus oua incubentur. Siquidem cum in quinq; diuersis Manucodiatas, quas  
obseruavi, depinxi, descripsi, manibus proprijs contractauis, nihil tale videre potuerim, itaq;  
non requiescere tantummodo in arboribus geminorum illorum, quæ dixi, florum ope existi-  
mauerim, verum nidulari etiam, & in proprijs nidis incubare: atque eo modo generatio illa-  
rum sacris literis non repugnat, quæ volucres in terris multiplicari tradunt. Quòd si verò  
quispiam nidum illarum à nemine repertum esse arguat, is plurimarum auium naturæ ignarus  
statuendus est, ac rapaciū in primis, quæ in desertissimisq; altissimis, rupibus extra humanum  
conspicuum nidos suos construunt. Cæterum quot, & qualia oua pariant, quot diebus incu-  
bent, necdum mihi constat.

*Rapacium  
nidis.*

## VICTVS.

*Rore non  
vixere Ma-  
nucodiatas*

**M**ANUCODIATAS caelesti rore, qui cibis ipsis sit, simul, & potus, victitare: ideo-  
que naturam tanto miraculo, vt inquirunt, prouidisse, vt perpetuò in aere habitent,  
meram fabulam sapere, duobus maximè, eisq; validissimis argumentis adductus as-  
firmauerim. Primum enim haud video, qua ratione, qua via eo nutrirī possint. Siquidem mal-  
tum volare illas illimet tradunt; tos contra prope terram nascitur: illæ toto æuo suo, si debent  
viuere, necessario etiam coguntur vefci, vt quod perdidit est, restauretur: hic non omni  
anni tempore generatur, imo verò in die tantum sereno. Miseris itaque illis natura nouerca  
fuerit, quas deficiente rore mori necesse sit. Verum dicant illi mihi obsecro, quomodo, quem  
volunt, rorem excipiant: rostro inquit proculdubio: Quantum autem? parum necessario:  
quod si concedam, id nisi matutino tempore fieri incipias ire non possunt: itaque miserae tur-  
sus, & breuis admodum æui natura illas fecerit. Quomodo verò volucres, quas illum et perpe-  
tuum volatum exercere somniant, & mane tantum alimento eoq; nullius fermè substantiæ re-  
fici, in tanta motus diurnitate, ac vehementia ob continuam spirituum iacturam perseverare  
poterunt? quomodo ros qui mistum est, si alijs alimentis comparetur, simplicissimum, perdis-  
tos restaurare poterit? Quare solidiori cibo ipsis meo iudicio opus fuit, quem cum aer ipse,  
tū maximè arbores, aliaq; eminentiora loca suppeditare poterant, insecta nempe eaq; tum  
volucra, quàm aptera: ad quorum venatum rostrum illis natura grandiusculum dedit, satiq;  
robustum, & quodammodo aduncum. Frustra enim, teste Aristotele, calcamentum est, vbi  
non est calceatio. Præterea cum vel secundum vulgatissimum illud Philosophorum, & Medi-  
corum axiomam, ex ijs constemus, ex quibus nutrimur; itaq; Manucodiatas, vt animalia sunt  
perfecta, ex perfectio etiam mixto nutrirī necesse est. Non video itaque quomodo eiuscemod-  
i aues, quæ pro corporis paruitate alas longissimas obtinent, ex tam vaporosa materia enut-  
rirī possint. Nugantur præterea, qui ex pituita per se ali eas credunt: siquidem cum plurimū  
etsi non semper, vt illi volunt, volitent, calidi potiùs temperamenti, quàm frigidi, quo pituita  
abundat, meo iudicio iudicandæ sunt.

*Quo cibo  
vixant opi-  
nio propr.*

## V S V S.

*Moluccarū  
eguli Ma-  
nu codiatas  
colant.*

*I. 1. Obser-  
uat.*  
*Ianissari  
pennis Ma-  
nucodiatas  
rum se or-  
nant.*

**M**OLVCCARVM emularum Reguli religiosè admodum, atque adeo reuerenter  
sancteq; hæc volucres habere dicuntur, vt Manucodiatas, hoc est, aues Dei, vt  
sæpius diximus, appellauerint, falsèq; sibi hanc persuasionem induerint, vt sil-  
larum pennas secum portent, non vulnerandos iri in prælio, etiam si in prima acie ante reli-  
quos collocati fuerint. Bellonius Ianissaros Indiæ populos eiusmodi pennis sese exornare  
hæc verbis memorat. Sunt, inquit, elegantissima, & simul ad Gallinaces creffitiam coniunctas  
omnes tamen ab exiguo corpore prodeuntes pellem auntaxat retinente. Nam Arabes, qui eas vendunt,  
carnes eximunt. Illi ergo plumis in hunc modum exornati Divi Michaelis picturam quodammodo  
referunt. At non perpetuò incedunt isto ornatu, verum duntaxat, dum Imperator in bellum profi-  
citur.

## E M B L E M A.

**M**ANVCODIATAM in sublimi expansis alis volitantem capite caelum aspiciente depingit Lucas Contiles. Cuius emblematis Alexandrum Farram nobilem Alexandrinum inuentorem facit, qui animi sub sublimitate huic Aui comparabat, quandoquidem spretis relictisq; rebus omnibus humanis caducisq; altiora, caelestia, nempe quereret, & velut parum de illis sollicitus, animae suae salutem opem caelitibus imploraret. Pulchrum profecto, sed à communiter illi ascripta natura petiturum emblemata est, Vt enim perpetuò illa volatu in aere sese consumens vitam cum morte commutare fertur, spiritusq; in aethere, corpus, quod gravitate sua deorsum labitur, in terra relinquit; sic animus nobilissimi illius viri ad extremum vitae momentum caelos petiturus, cadauer terrae dereliquit. Sed verba quoque, quae emblemati adiungit, non minus pulchra sunt, imò verò ab Auis natura egregie desumpta; sunt autem SINE PONDERE SVR SVM, quasi diceret, animus humanus semper ad altiora spirare debet, & terrena istaec ceu cadauca, ac fragilia contemneret. Etenim animus à corpore dissiunctus, caelum petit, cadauer in cinerem conuertitur. Emblematis istius venustate plectus sumus omnino in agello meo depingendum inter pulcherrima alia curavi, sed cum hisce verbis SIC ANIVS PETAT ALTA.

## H I S T O R I C A.

**R**EGES Marini in Moluccis insulis paucis ab hinc annis animarum immortalitatem inde credere cepisse legimus, quòd Manucodiatas pulcherrimas auiculas nunquam terrae, aut cuiquam alij rei, quae in terris suis esset, insidere, sed exanimè tantummodo in humum decidere conspicerent. Cum verò peruersissimi Mahumetani, qui ad illos commercij causa venissent, Manucodiatas in Paradiso nasci, & paradysum locum animarum, quae vita functae essent, persuasissent, regulos illos ad Mahumeti sectam pellexerunt, quòd de hoc animarum loco mira illam polliceri dicerent.

*Reges Marini curant, nime immortalitate credant. Reges Marini curant Mahumetani facti.*

## DE MANVCODIATIS IN SPETIE.

## Et primum de prima. Cap. XXII.



**M**ANTVM apud me huiusce Manucodiatæ, cuius primo loco iconem exhibeo, eximia venustas, pulchritudoque potuit, vt veluti merito iure inter reliquas principem locum assignarim. Hirundinem magnitudine, & forma, si corpus spectes, penè æquat. Pennarum ambitus discolor est, sed admodum venustus, & visu vndique iucundissimus. Caput quale Hirundinis, & pro corporis paruitate maiusculum; cuius plumæ, quæ superiorem partem à prima cervicis vertebra

*Magnitudo Color. Caput.*

ad rostri vsque initium exornant, breues sunt, crasse, duræ, spissæ colore luteo egregie micantes, & ad instar purissimi auri, radorumque solarium more resplendentes, reliquæ quæ mentum contegunt, moliores, tenuiores, & ex cyaneo mirè virides, vt in Anatome masculinorum capitibus, dum lucidissimo Sideri obuertuntur, conspiciunt. Rostrum quam Hirundini prolixius. Alarum pennæ forma Ardearum similes sunt, sed tenuiores tantum, ac longiores; fuscae, inter nigrum, & rufum fulgentes; quæ vnà cum cauda in orbem expansæ, totæ similitudinem exhibent. Etenim planè immobiles sunt, & veluti infixæ quædam spicula cuti adherent. Cæterum minores quoque alie pennullæ, æque profecto haud pauca iuxta singulas maiorum pennarum, quæ alas constituunt, Origines, exoriantur, quæ supra maiorum principia extensæ, ea obtegunt, dimidio quisquiliatæ, ruffæ, coccineæque, cætera eroceæ, & fuluo auri colore splendide, multum mehercule gratiæ, ac venustatis auiculæ ob eximiam illam, & singularè colorum disparitatem conciliant. Corporis reliqua moles tota pennis fuluis in rufum vergentibus obducitur, ita tamen vt aliquid adhuc inter eas discriminis animaduertas. Nam quæ in pectore, & ventre collocantur, & frequentissimæ sunt, & pariter latissimæ duorum triumue digitorum amplitudine fuluæ sunt colore, & eo quidem nitidissimo, haud sanè alio, quam icur ipsum splendentes. Quæ verò dorso insiguntur, rariores, neque ita frequentes sunt, atque insuper amplis diuisuris pennarum omnino Ardearum tergo adherentium similitudine hiant; neque etiam ad tam insignem latitudinem accedunt, aut præstant illum hepatis colorem adæquant, qui nimò puniceo potius colore, carni æmulo, obscuriore etiam num relucet. Fila illa gemina quæ dorso annectuntur, quodammodo nigra sunt.

*Rostrum Alæ.*

*Color reliquus.*

*Fila dorsæ*